



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Infinitiuorum natura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Hi arbitrant se bñficos in suos amicos uisum iri, si eos locupletēt q̄  
 cūq; rōne. i. q̄ uidebūt benefici in suos &c. In sacris. Dñe qd me uis  
 facere. i. quid uis ut faciam. In poetis facere intelligit, ut quid me uis.  
 Virgi. Phillida amo ante alias. nā me discedere fleuit. i. q̄ discederē.  
 Non dubito regē aduenire. i. quin rex adueniat. uelim regē adesse. i.  
 ut rex adesset. letor regē affore. i. quia rex aderit. Doceat p̄ceptor pu  
 eros loqui per infinitū potius q̄ per q̄. ubi autē fuerit quod ipsum  
 omittat & ntūs uertatur in actm. Finitū in infinitū, & cōtra si hoc fi  
 ere nequit in bono sensu, scito actm a tergo regi, ut Volo uinū bibe  
 re, nō cōueniēter resoluit uolo q̄ uinū bibat, ideo uinū regebatur a  
 tergo. Est tamē ubi uix scitur uter actōrū a frōte regat, ut uidi Ioānē  
 Petrū uerberare, dubiū est an Ioānes Petrū, an Petrus ioānē uerbera  
 uit. Tale est oraculū illud. dico te facida romanos uincere posse. hęc  
 ambiguitas non est hic, uolo te aquā bibere, siquidē aqua nō bibit.  
 Dicit tamē Quintili. li. viij. Vitāda in primis ambiguitas nō solum  
 quę incertū intellectū facit, ut Chremetē audiui percussisse Demeā,  
 sed illa quoq; quę etiā si turbare nō potest sensum, in idem tamē uer  
 borū uitiū incidit, ut si quis dicat uisum a se hominē librū scribentē  
 nā etiā si librū ab hoīe scribi pateat, male tamē cōposuerat, feceratq;  
 ambiguū q̄tum in ipso fuit. Hęc Fabi. Poetę tamē id nō usq; quaq;  
 obseruant, ubi etiā manifestū potest esse dubiū, sed audiemus (si sapi  
 mus) Fabio etiā in carmine, sed p̄cipue in epistolis, orationibusq; . ui  
 tabitur autē ambiguitas mutatione actiui in passiuū, non autem in  
 appellatū (ut loquūtur) ueluti audiui Ioānē a Petro percussum. uidi  
 ab Ioanne scribi librū &c.

#### Infinitiuorum natura.

Infinitiuus pro p̄terito imperfecto indicatiui poetarū & historicoꝝ  
 est, ut inuidere, p̄ inuidebāt, uel inuidere cōperāt. Sæpe oratores, his  
 torici & poetę uni uerbo multa infinita coniungūt, & datu; elegā  
 tię, ueluti legimus græcos infinita exercitus multitudīne troiā uenisse,  
 urbem annis decē obsedisse, eāq; multa sepe sepiusq; oppugnasse.  
 Sinonīs tandē traditione occupasse, & igni postremū succēdisse. Infi  
 nitū fungit officio ntī, gū, dtī, actī, & abltī, ut legere ē agere, tēdet me  
 studere, dñs dedit mihi sapere. Opus mihi est scire. Infinitū p̄ finito ha  
 bet ntū, ut nos pauidi trepidare in quotidiano sermone, sic nō loq;  
 mur, nec in eplis, nec in orōnibus, quia historicoꝝ est, poetarūq; (ut  
 diximus) Terē. Oēs mihi inuidere & mordere clāculū, ego autē floz  
 cipēdere. Virgi. Tū pius ēneas humeris abscindere uestē. Auxilioq;  
 uocare deos & tēdere palmas. Salusti. Finitimos regere bello tētare.

## Ioannis Despauterij Ni niuite

Ambro. de Hagne. Omnes flere ipsa sine fletu. Itē pro gerūdīo in dī sed græce, neq̄ leq̄mur, ut in euan. Nescis qa potestatē habeo crucifigere & dimittere te. i. crucifigendī & dimittedī. Tēpus est surgere. i. surgendī. Virgi. Et iā tēpus equū spumātia soluere colla. i. soluendī. Idem ænei. ij. Sed si tātus amor casus cognoscere nostros, poetice & græce magis q̄ oratorie, aut latine dī, ait Valla. nā ut Serui. uult, pulchrius dicere amor casuū cognoscēdorū, aut cognoscendī casus. Itē p̄ gerūdīo in do. uel in dum, ut in sacris græce linguę imitātissimis. Sedit populus māducare, & surrexerūt ludere. i. ad ludendū. Nollē sic loqui in epistolis, aut oratiōibus. sto loqui, sedeo cœnare, p̄ ad loquendū, ad cœnandū. Itē pro supīno in um. uel gerundio in dū cū uerbo, sed non imitābimur, teste Valla. in Euan. Nō ueni uocare iustos, sed peccatores. i. uocatū. Et uado parare uobis locū. i. paratum, dum irēt emere. i. emptū, uado piscari. i. piscatū. Nō ueni soluere legem, sed adimplere. Pleriq̄ eruditorū dixissent, nō ueni ad soluendā legē, sed ad implēdā, quos & ipse nūc imitor, inqt Valla. & imitandos oībus arbitror, quā em causam habes, ut alienā linguā seferis, reliquas tuā. q̄q̄ nec illā quidē sequaris, quū careas articulis q̄bus græci utunt, apud Virgi. in buco. Phyllida amo añ alias, nā me discedere fleuit. Dicūt infinitū poni p̄ p̄ticipio. ut sit me discedēte fleuit

### Infinitiuus cū uerbis præcipue prohereticis.

Infinitiuus uerba iūgūtur, & p̄sertim proheretica, & tum actm̄ ante se nō habent. Dicūtur autē proheretica. i. electiua & uolūtaria, eo q̄ ipsa p̄ cæteris uerbis ad hoc electa sunt, ut cū infinitiuo cōstruantur ueluti uolo legere, cupio studere, cogito insidiari, scio ludere, sic anghelo, desydero, nolo, audeo, timeo, metuo. Et quę Alexāder etiā notauit, debeo, iubeo, possum, nitor, tento, dignor, moneo, incipio, desino, tēdet, pudet, pœnitet, piget, meditor, p̄pero, gaudeo, delectat, urget, parat, discit, decet, licet, solet, & plura, & multa cū actō, ut uideo, audio &c. Valla ait. Iubeo te arare nō ad arādū, cogito insidiari nō nō ad insidiandū, timeo edificare nō ad edificandū. Quędā uerba cū utroq̄ cōueniūt, ut hortor te studere & ad studendū, flagitor respōdere & ad respondendū, quę omnia rara sunt, lētor te bene ualere et lætus sum te bene ualere, soleo ab infinitiuo uix separāt, ut spero ait Nebrissen. ueluti apud Cice. in epī. Spero amicitia nostrā non egere testibus. i. credo, habeo in animo ire Romā. i. uolo & proposui ire Romā. Cice. lib. i. de diuina. Haberētq̄ in aīo nauē cōscēdere. Nā qd idē ad uxorē scribit. Quū in animo haberet nauigādī, subaudiēdū est inquit Valla uolūtate propositū, aut quid simile, ut in illo apud